12 Nisi fortassis hæc conuersatio sumatur pro qualitate agrauante crimen prætensæ Apostasiæ de quo suo loco dicendum, sed quia per caput † separatum in sententia posita, aliter dicendum, quæ constituit illam pro delicto distincto, & separato ab altero prætenso Apostasiæ ex regula tot capita, tot sententiæ ex comuni, & frequentiori calamo etiam recepta per Rotam *decis.* 33. *n.* 10. *parte* 1. *diuers. decis.* 427 *num.* 2. *vers. quia tot dicuntur par.* 2. *Recent Papa Gregor. decis.* 552. *num.* 1. *ibi Belcram. in Annotat. A. n.* 6.

13 Etsi admittimus eum fuisse profugum in Palatium Christianissimæ Maiestatis Oratorijs, vt etiam infra dicemus non alia de causa nisi ipsiusmet tutelæ inconueniens ergo fuit, ex vno aliud sumere delictum, & de quolibet separate, & distincte iudicare quia omnia tendebant ad vnum, & eumdem finem, & effectum præcipue non ex interuallo, sed eodem tempore ad profugi tutelam *Farin. de delic. & pœn. quæst* 22. *limit.* 3. *num.* 19. si imputandus de Apostasia † non imputandus de conuersatione, quia necessitate ductus

ad

14 ad conuerſandum, vt in ſimili obſeruatur de communicante † cũ
15 excommunicato ſi neceſſitatis cauſa licet non ſit praciſa ad ſui tamen tutelam ex *Gregor.7. vt in C. quoniam multos* 101. *cauſ.*11. *quaſt.* 3. *Suarez tom.1.diſt.*15.*ſect.*2.*n.*8 *ſect.* 3.*num.*7. *cum alijs per Ricciullum de iure perſonarum lib.*4. *cap.* 53. *& cap* 54. ferè per tota reſidebant hi in eodem met Palatio ſub vnico regimine ad quod præteuſum Confugiũ habuit iſte F.A.nimirum ſi abſq;nota po-
16 tuit conuerſare,& tractare,ac † in terminis,ne dum conuerſationis, ſed etiam receptationis, quando ex publica permanentia inſurgit verisimilis tollerantiæ credulitas, vt ille non ſit bannitus,vel ſi bannitus agratiatus. *Farinac.de conſult.& quaſt.*133.*limit.*6.*num.*48.
17 53. & 54. ad rem † imo & ſi receptatio, ne dum conuerſatio non probetur doloſa, & ad malum finem, tunc prorſus omnis pœnalis diſpoſitio ceſſat latius idem *Farinac.d.quaſt.*133,*num.*55.*& ſeqq. Giurba d.conſ.*28.*num.*10.*de magis communi.*
18 Principali fundamento dum ex reuolutione totius proceſſus non conſtat dictos homines eſſe tales, quales ſupponuntur in ſententia *Farinac.ſupra citata quaſt.* 133. *limit.*14.*num.*74. dicit bannum eſſe quid facti,& propterea non præſumi, hoc ideo fiſcus dicens receptatum fuiſſe bannitum debet probare hanc banni qualitatem per ſententiam banni, vna cum ſcientia *dicti F.A.Giurba conſ.*29. *num.* 32. *de communi*.
19 Nec facit ſi dicatur aſſertos commorantes in dicto Palatio fuiſſe Notorios delinquentes, vel Notorios diffidatos ſignantè Doctorem à Pizulo;nam vt inquit *Capra in tract ſuo de notorio* 4.*memb. à num.*56.*& ſeqq.* debet prius liquere Iudici de huiuſmodi notorio apud acta *Farinac.de delict & pœnis quaſt.*21.*num.*83.*& ſeqq.*
20 *ſignanter num.* 99. *& ſeqq. ac num.* 103. reddit rationem † quia multa dicuntur notoria quæ non ſunt, & reuera vox quæ innotuerat de iſto doctore, & ſeguacibus, vt eſſent diffidati à Regno, non
21 autem à ſtatu Eccleſiaſtico, vnde omnis amaritudo † ceſſat *Farrin.dicta quaſt.*133. *limit.*10. *num* 64. quia ſemper leges ſunt directæ in diffidatum à ſua iuriſdictione receptum à ſubiecto ſuæ iuriſdictionis iuxta exemplum eiuſdem *Farinac.num.*67.
22 De huiuſmodi conuerſatione deponunt Dominicus Pizacorſa *cap.proceſſ.fol.*139. examinatus per Notarium Vicarij, qui non attendendus tamquam non canonice examinatus ex allegatis de Baſilio Anibalis ſupra §. 2. *eſt num.*18. *&* 19. *verſ.* & relicto vlterius deponet non interrogatus, vt ex lectura militant cor geſta de eodem Baſilio §. *& licet num.* 23. 36. de breui colloquio, & non de permanentia.

23 P. Angelus Maria Romanus de audito, & non dicit à quo *cop. proc. fol.* 160. Intesi, & era publico che il P. si ritrouaua fuori del Conuento, e dalla Religione con l'habito però, & si era ritirato nel Palazzo dell'Ambasciatore di Francia *& fol.* 162. come che non ce l'ho visto, ma solamente inteso dire, non sò cosa facesse, non probat ex notatis circa depositionem Iacobi del Grillo *§. Iacobus del Grillo num.*48. imo, & de conuersatione, nec verbum facit.

24 P. Marcellinus Romanus omnem amaritudinem ademit à pluribus, vt suis locis obseruabitur, & signanter ab hoc capite *cop. proc. fol.*156. circa la conuersatione, ò prattica, io lo vedeuo con alcuni huomini Regnicoli.

Sentiuo dire ch' erano gente di Regno, che stauano ritirati nel Palazzo, & ch'erano banditi.

Si diceua così da' secolari da quel Rione &c. anzi li sudetti procedeuano molto bene meco, & mi pregauano ad interpormi acciò il detto P. tornasse al Conuento.

Hò detto che si diceua, & l'hò inteso dire da quelli secolari, che quelli erano banditi, non assassini, ò crassatori, ma che erano fuori delle Case loro per inimicitie.

Iste Religiosus testis curiæ licet vnicus plene probat contra curiam, quod illi non essent facinorosi prout erroneæ, imo potius calumniosè exponitur in sententia, ibi exulibus bannitis, & alijs facinorosis hominibus dum contrarium deponent P. Marcellinus

25 licet vnicus, tamen quia curia illum recepit † in testem plene contra Curiam probat vulgata *l. si quis testibus* 16. *C. de test. ex receptis Angel. à Gambell. cons.* 72. *num.*23. *inter crim. diuers. tom.*1. *Iustinian. de Banderarijs cons.*103. *n.*13. *to.*2. *vbi ex Romano cons.* 104. licet non clare concluderent, ex quo per partem offensam sunt

26 producti, videtur concludere sicut dicitur de teste † quia dixit per verbum credit qui probat productus à parte contra partem producentem *Gabriel. de test. conclus.*1. *num.* 15. *Bursatt. cons.*20. *n.*16. 23. *vers.* 3. *eademmet. & num.* 33. *cum alijs congestis per Giurb.*

27 *cons.* 84. *num.*10. præcipuæ † si eorum dicta tendunt ad defensam, constat non esse diffidatos à statu Ecclesiastico *Maris. Sing.* 19. *in fin. vers. optime facit Laurentius de occa. cons.* 60. *num.* 48. *&* 49. *inter crim. diuers. tom.*2. *nec facinorosos sententia ergo erronea in supposito.*

28 P. Ioannes Baptista ab Antredoco affectate, & extra interrogata parum vel nihil deponet de huiusmodi commercio, vt ex tenore depositionis *cop. process. fol.* 293. *&* 294. Interrogatus in qua

parte

parte Palatij cum viderit nel Portone, & superius perche c'era il Dottore del Pizzolo intelligens de Palatio Oratoris Christianissimi Regis interrogatus, an vna vice tantum, vel pluries, respondit vna volta sola ratione loci, & casus non probat talem conuersationem vlterius tam iste, quam supra obseruati, testes non dicunt se alias cognouisse dictum Doctorem à Pizzolo, prout tenentur 29 † ad hoc vt probent DD. per tex. *in §. si vero ignoti Authe. Coll. 7. tit. 2. de test. Nouel. 90. Ioannes de Amicis cons. 52. num. 9. Ferrant. Gargiar. cons. 126. inter. crim. diuers. tom. 1. & Marchabrunus ab Anguillij. cons. 62. n. 9. inter eadem Crim. tom. 2.*

Tertia Libelli Particula.

Accusatio, & Relatio Birruarij succedit in Criminalibus in locum solemnis libelli num. 1.
Querela habet vim confessionis num. 2.
Relatio Birruarij n. 3. dubium de crimine n. 4.
Verbum dimittere, & verbum eximere differunt inter se n. 5.
Verbum dimittere pendet à voluntate dimittentis n. 6.
Voluntas coacta etiam dicitur voluntas n. 7.
Sentantia erronea in supposito n. 8.
Pluralis loquutio non in vno verificatur n. 9.
Negatiua prabatur, ex reuolutione processus n. 10.
Sententia duplicem continet pluralitatem n. 11.
Sanctes Pacis testis, & querelans non probat n. 12.
Interrogatoria suggestiua qua n. 13.
In specie nemo interrogandus ab initio n. 14.
Depositio referens aliam depositionem non corroborat illam n. 15.
Offensi dictum non facit inditium n. 16.
Offensus est original testis deponens de auditu ab offenso est copia numero 17.
P. Angeli Maria dictum refertur, & discordat à Birruarijs n. 18.
Testis contrarius confessionis querelantis reputatur falsus n. 19.
Sententia erronea à Relationibus Birruariorum n. 20.
Birruarijs non creditur de offensionibus ipsis factis num. 21. de ratione num. 23.
Birruarij faciunt solum inditium ad inquirendum n. 22.
Birruarij succedunt loco accusatorum n. 24.
Cum dicto Birruarij fisit deposito testis facit fidem n. 25.
Testes omnes deponunt de auditu, & non probant n. 26.

Pro-

Probatio ex testibus de audita suspecta, & prosternibilis n.27.
Præsumptiones, & coniectura non attenduntur ad probandum factū palam gestum n.28.
Testes de auditu inseruiunt ad notificandum informates n.28. nominati à Testibus de auditu sunt vocandi, & examinandi.n.29.
Birruarij tenentur portare signa n.30.
Non contemnit qui ignorat.n.31.
Officiale sine signo offendens non puniatur n.32.
Birruarij tenentur ostendere mandatum capiendo n.33. tenentur aeclamare ferma alla Corte n.34.
Ignorans aliquam esse Birruarium quando præsumatur n.35.
Iudex comittens capturam cum periculo tumulti redarguendus numero 36.
Birruarius etiam in actu capturæ proijciens in terra clericum est excommunicatus num. 37.
Excommunicatus non potest iudicio sixtere n.38.
Excommunicatus non audiendus n.39.
Qui contra Canones facit irregularis est n.40.
Ordinarius caret potestate committendi capturam Regularis n.41.
Verbum deget significat existentiam diuturnam n.42.
Episcopus terminum assignat Prælato Regulari, vt procedat contra suos delinquentes num. 43.

1 CApput vulnerationis Birruarij, resistentiæ Curiæ, & auxilij contra curiam, bene osseruato facto facile eliditur, quia tota dicti facti series regulanda est, ex relatione Birruariorum, vt in *cop.process.fol.*19. in curia Episcopali Tiburtina, quæ succedit in locum illius solemnis libelli, vt in *l. libellorum* 3. *cum suis* *s.s.ff.*
2 *de Accus.* † vt succedat loco libelli, & habet vim confessionis DD. per tex.*in l.cum precum C.de liberali causa inconsimilibus terminis Buratt. decis.*252. *num.* 1. cum relatis sic enim exposuit ille Birruarius.

3 Passò di là Gio: Battista di Bernardino mio paesano esecutore di questa Corte, & mi pregò che andasse à fare vn seruitio con lui ad Arsoli; doue è la fontana, e detto Gio: Battista ci auuertì che hauessimo l'occhio à lui, e così guardando verso detto Gio:Battista, e vedendo che lui pigliò vn Frate &c. il quale volendo far resistenza detto Gio: Battista lo buttò à terra, & io con li altri corressimo sopra il Frate per tenerlo, e fermarlo, & in questo arriuò gente armata, e detto Frate mi diede vn mozzico in capo, & mi ferì quasi in cima della testa, e poi con le manette, che haueuo in

vna

vna mano mi fece queste due altre ferite, &c. e detta gente che corsero à detta volta doue teneuano il Frate, sotto che detto Gio: Battista, e l'altri compagni combatteuano per metterli le manette, erano otto, ò diece, e vi erano alcuni di essi che portauano le Busse, armati chi di schioppo, chi di daga, e terzarolo dicendo lasciate costui sbirri becchi, & mi diedero le puntate.

4 Hoc themate retento manifeste liquet de falsitate aliquorum testium de hoc facto examinatorum, vt infra obseruabitur, sed primo videndum an fuerit eximius, vel potius dimissus, & metu an ipse, vel eximentes, aut metum inferentes sint rei criminis, vel potius ille qui capturam comisit, & Birruarij tanquam excedentes redarguendi.

5 Verbis claris relationis liquet dimissum, & non eximitum differunt enim valde inter se isti duo termini eximere, & dimittere, dum primum est contra expressam voluntatem pendens à facto extraneo probatur ex toto *tit. ff.* ne quis eum qui in ius vocatus, signanter ex *l.3.* & 5. secundum vero ex propria voluntate ministerio alieno prorsus excluso iuxta explicata per vallam elegantiarum *lib.3.cap.45. Alberic. in dict. verb.* dimitto, vel vtendo verbo Birruarij, fossimo necessitati lasciare, pendet pariter † à voluntate *Alberic. verb.* relinquo, & licet primo dicat fossimo necessitati, quasi voluerit explicare voluntatem coactam, verum, & etiam coacta † voluntas pariter in effectu voluntas est *glos. in l. si mulier 21. §. si metu verb. velui ff. quodmet caus.* Cagnol. *in l. velle 4. n. 5. ff. de Reg. iur. Ferrar. ibi vers. Postremo Menoch cōs.2. n 220 cum similibus cap.1. caus.* 15. *quaest.* 1. vult ergo facere qui vult viuere, quod si ita est nescio vtrum possit ista dici peccata nolentiū. qualiter hic dicuntur peccata expianda; Nam si diligenter inspiciatur forte ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud, quod vult peccat; fuit ergo à Birruarijs dimissus, & non eximitus.

8 Vulneratione executorum, & Birruariorum falsum in supposito, dum solus vnus conqueritur de vulnere recenset, quot, & se

9 ipsum vulneratum dicit, & ostendit non † vno contentatur pluralis loquutio ex congestis per *Barbos. Axiomata iuris vsus frequen*

10 *Axiom.* 179. *num.* 1. negatiua hæc probatur ex reuolutione processus addentes ad Papam Greg. *decis.416 litt. B. num.*8. sententia

11 † dupplicem continet pluralitatem, scilicet executorum, & Birruariorum indicat non simul sed separatim plures executores, & plures Birruarios vulnerasse *Barb. dict.* 110. *nu.*2. cum relatis, sententia ergo notorie iniusta, *Farinac. cons.86. num.63. cum relatis*.

12 De vulneribus primo viden. quomodo probatur primo Sanctes

Pacis

Pacis per hæc formalia verba *cop.process.fol.*138.*à tit.* examinatos per notarium curiæ Eminentissimi Vicarij, extra tamen interrogata, & anco mi trouai presente l'anno santo quando detto Padre Antonio fù fatto prigione dalli sbirri di Tiuoli, e lui si diffese, e ferì vno sbirro con le manette, che li sbirri li voleuano mettere, contra inquisitum non probat, quia vt in alijs firmau mus est vnus ex quærelantibus in huiusmodi processu vt de eodem Sancte superius diximus *S. Sanctes num.*54.*&* 55.

13 Carolus Paris Chirurgus suggestiue interrogatus à Comissario Regulari *cop.process.fol.*205. *à tit.* ibi an recordetur elapsis se præsentem fuisse recognitioni factæ à Cancellario &c. ponens in mente testis factum pro verò etiam apud ipsum sugerendo in specie *l.1.S. qui quæstionem ff. de quæst.* ibi post exempla magis sugerentis, quam requirentis ibi late *Mars.num.*1. explicat qualia esse debeant interrogatoria non suggestiua *Iacob.de Beluis in sua prat.*

14 *crim.tit.de quæstionibus num.* 50. vbi ponit formulam, & negat posse † in specie interrogari puta dicendo erat ne talis tecum *Iodoc. pract.crim.Rub.de quæstionibus cap.*37.*num.*7. *&* 8. *Scaccia de Iudic.lib.*1.*cap.*86. *num.*7. 8.40.*&* 41. *Farinac. de test.quæst.*79. *num.*78.*&* 80.*de Reo confess.& Conuinc.quæst.*83.*cap.*4. *n.* 84. 88. *& seqq.* vbi ex formula agnoscitur qualis sit suggestio, & vt hic *Loccatel.de quæst. Iud.inspect.* 5.*n.*86.*& seqq.* & per viam suggestionis continuauit examen; qui nil aliud deponet, nisi recognoscendo depositionem Birruariorum asserendo se fuisse presentem.

15 Non ergo eius depositio maiorem efficaciam † habet, quam illa Birruariorum, nec corroborat, nec comprobat ex obseruatis per *Hond.conf.*102.*n.*58.*lib.*1.*Surd.conf.*135.*n.*96.*Farinac de testib.q.* 69.*n.*86.*ratio est vt bene obseruat Farinac.de indit.& tort.q.*46.*n.*

16 96.*& seqq.* vt dictũ offensi † nec inditium ad inquirendũ facit quã-

17 uis fuerit examinatus vti testis, † & offensus dicitur original, testis vero qui deponet de auditu ab eo dicitur copia, & si non standum originali minus copie *Vermigliol. conf.*203. *num.*2. cum relatis.

18 P. Angelus Maria discrepat à dicto Birruariorum *cap process fol.* 161. Ritrouandosi in occasione della festa suddetta in Arsoli li sbirri della Corte Vescouale di Tiuoli procurorno di pigliare il sudetto P. A. così libero dentro della terra, e quelli braui si posero à sua difesa, e scappò, e di lì à vn pochetto vscì fuora vestito da secolare con vn vestito di pelle, & con vn archibugio pare à me, e perche li sbirri stauano vicino la porta si auuentò ad essi, e postosi sotto il Barigello che era vecchio lo maltrattò.

Sed aliter quærelanter recensuit Sanctes Birruarius, dum casum expo-

exponet non iuxta Portam Terræ, sed fontem in Platea non F. A. assaltasse Birruarium, eumdem proicisse in terram, sed Birruarium assaltasse eum illumque in terra proicisse, manifeste detegitur inconciliabilis contrarietas inter confessionem partis, & depositio-
19 nem testis, qui iuridice loquendo reputatur falsus † *Farinac. de test. quæst. 65. limit. 6. num.* 101. de comuni, & veriori famia *Cantol. in Annot ad cons. 16. Farinac. lit. F. Vermiglol. cons.* 108. *n.* 17. omnes vno ore firmantes tunc concordiæ locum non esse testem censeri falsum, & dolo deposuisse *Hieronym. de Federic. resolut.* 21. *num* 2.

Ambrosius Lucæ Birruarius, alter fere contestis cum Sancte
20 Vincentij Birruario altero circa procuratam ab ipso carceratione vulnera illata sancti, e dimissionem metu armatorum qui superuenerant, sed de ea resistentia à iure vetita, per ipsum facta, & prout
21 continetur in sententia Birruarij nihil dicunt † solum agendum de acclamationibus, vulneribus, & dimissione, de quibus non creditur Birruarijs, *Farinac. de carcer. & carcer. quæst.* 32. *limit.* 40. *n.* 80. & 81. dum agitur de graui imputatione *Farinac. de indic. & Tortur. q. 52. limit. 3. n* 186. *de testib. quæst. 56 sub 2. limit. nu.* 386.
22 *limit. 9. num.* 395. vbi quod solum † faciant inditium ad inquirendum repetit *cons.* 100. *num.* 7. *cons.* 116. *num.* 2. *cons.* 120. *n.* 2. semper
23 cum ea ratione † quia quærelando, & dicendo se vulneratos faciũt se inimicos, & sic illis non creditur *Giurba cons.* 98. *num.* 10. *vers. cum regulariter num.* 11. *vers.* aut pro amorum, vbi etiam facit eamdem distinctionem an in leuibus, an in grauioribus, exemplificans in armorum dilatione si pœna Corporalis imponitur *Loccatellus de quæst. iudic. inspect.* 5. *n.* 259. & *Vermigliol. cons.* 375. *n.* 3.
24 & 4. qui ex Cabalo relato aliam † affert rationem, vt succedant loco accusatorum, & vigeat Regula, vt accusator non sit recipiendus in testem tamquam iu causa propria.
25 Sed si cum relatione Birruariorum possit coniungi testes alter notæ, & spectatæ fidei tunc facerent inditium secundum relatos per *Giurba d. cons.* 98. *num.* 12. & *seqq.* deuisu tantum est P. Angelus Maria qui reputatur falsus tamquam de directo, contra rela-
26 tionem, vt supra probauimus † cæteri testes deponunt de auditu, vt Angelus Sturabotte de auditu à Birruario *cop. proces. fol.* 221. & sic non probat plusquam ipse Birruarius, vt de Carolo Paride supra ponderauimus §. *non ergo n.* 15. & 16. *Addo Vermigliol. cons.* 76. *n.* 19. vbi quod testis deponens de auditu à ministro Curiæ nihil probat.

Basilius Bernardini *cop. proces. fol.* 242. *Bellardinus Marcell. fol.*

224. *Pompeus Dominici fol* 214. *Ioannes Antonius Bonaiutus fol.* 216. *Ioannes Baptista Pasqualis fol.*247. *Io: Dominicus de Dominicis fol.*248. *Linius Caffarus fol.*260. *Granatus Rinaldus fol.*276. *Dominicus Morellus fol.*280. *P. Benignus Romanus fol.* 300. omnes de auditu sed non dicunt à quibus, seu quo, vnde probationis gradum, licet minimum non constituunt, oportet namque, vt testes de auditu dicant nominatiue à quo audiuerint, etiam non interrogati *Farinac. de test. quaest.69. in prima generali sublimitatione num.*75. *& seqq repetit cons.*75 *n.*83.*cons.*80.*n.*45 vbi ex pluribus auctoritatibus non materi nomen testimonij *Vermigliol. cons.* 20. *num.*18.

27 Est enim probatio hæc ex testibus de auditu fragilis, suspecta, & facile prosternibilis, vt de communi, & veriori firmat *Farinac. d.q.*60.*n.*101. adeout vno ex requisitis deficiente nihil producentē releuat, sunt enim plura requisita à iure circa testes de auditu primo, vt materia sit talis, quæ complementum recipiat ex præsumptionibus, & coniecturis sic *Farinac d. quest. 69.n.*46. hic agitur

28 de prætenso delicto coram Populo † ergo non versamur in occultis, & difficilis probationis, & sic præsumptiones, & coniecturæ non sufficiunt, vt habetur ex relatis per eundem *Farinac. præcitata quaest. 69. num.*46.48.*& seqq.*

28 Imo secundum magis veriorem oportet docere, vt testes deponentes de auditu, & nominantes personas à quibus audiuisse aiunt mortuos esse adeout si viuunt, quia ad aliud non inseruiunt testes

29 de auditu nisi ad notificandum informatos † qui vocandi, & examinandi sunt, & omnis efficacia qualis, qualis probationis resultantibus ex testibus de auditu prorsus cessat ex Theorica *Aym. de Antiquit. temp.* communiter recepta secundum aliquos *par.*1.*sect. viso de fama num.*7.*secund impress. apud in eadem. par.*1.*§. viso de fama num.* 307. *vers. Sed aduerte, & num.*308. *Barthol. Chytius inter crimin. diuers. cons.*160.*num.*7. *Horat. Lut. cons.*161.*n.*22.*vers. vt inquit Aymo lib.*1. *Menoch cons.*98. *n.*56. *cons.*207. *n.*36. *cum alijs per Farinac. de test. d qu* 69.*n.*92. quæ conclusio referenda ad alia superius præponderata circa alia capita probata pariter per testes de auditu.

Sed quod huiusmodi captura fuerit tentata deuentum ad actum proximum in terra proiectus à Birruarijs F. A. & quod Birruarij illum demiserint ob superuenientiam hominum, in facto non potest controuerti, quia etiam ipse F. A. confessus est bene dicit non cognouisse eos fuisse Birruarius, nec aliquem ipsorum mandatum ipsi ostendisse, duo copulatiue concurrere debent ad hoc vt aliquis

redat-

redarguatur, vel de resistentia, vel de eximitione, primum vt Satellites † seu Birruarij signa ferant, vti noti sint pro talibus, ne capiendus possit se excusare, sub prætextu ignorantiæ iuxta receptissimam theoricam *Bartol.in l.Probibitum num.1. vers. fateor ta-*
31 *men C.de iure fisci lib.*10. mouetur † ex ratione *text. in l.si ignorans 53. ff. locati modest.* ibi concludit non contemnere disciplinam, qui qualitatem personæ ignorat, *& l.Item apud labeonem 15.§.si quis Virgines ff.de iniur.* Vlpianus defendit abiniuria eum
32 qui in habitu residet circa operationes † *Alex.ad Bartol. in dicta l.Probiaitum lib. B. ex Salic.* relato puod offendens officialem sine signo non punitur, vt offensa proueniat ex ignorantia *Boer. decis.*170.*num.*5.*vers.tamen vt Doctr.* August. *ad Angel. de malef. verb.quod fama publica praeced.num.*54.*in fin.vers. quod verum est foller.in Prac.par.* 1.2.*par. verbo Notatos capiet de persona nu.*7.*vers quod procedit* Clar.in Prac.*lib.*5.*§ fin.quaest.*29. *vers.*1. ibi, Item debent aduertere *Baiard.ibi num.*2.*Farinac,de Carcer. & Carcerat.quaest.*32.*num.*37.*Farinac.cons.*65.*num.*28. *vers. & ideo inquit de comuni, & veriori Giurba, cons.*29.*num.*23.*Vermigliol.cons.*116.*num.*2.

33 Secundum, vt Birruarij non solum habeant mandatum in scriptis pro capienda persona, sed vt illi in actu capturæ tale mandatū ostendant ex littera *tex.in d l.Probibitum C.de iure fisci lib.* 10. hanc propositionem ab omnibus receptam esse constat ex *Farinac.d.quaest.*32.*num.*31.*& seqq.Nouar.ad Poster.libros. Cod. in Schos.l.Probibitum num.*4. *lib.*10.*imo, & secundum Giurba dicta*
34 *cons.*29.*num.*23.*in fin.* † acclamare tenentur, & emittere vocem vt ipse ait Regis Romæ, & in statu Ecclesiastico ferma alla Corte, *Vermigliol. cons.* 82. *num.* 4. de signo, & ostensione mandati nihil constat in processu.

35 Comprobantur coniecturæ ignorantiæ ex facti serie, dum omnes Birruarij erant forenses, non autem ex Arsolis vbi procurarunt capturam, vt idem met aiunt Sanctes dicto fol. 19. ibi, stando io a Cantalupo di questa Diocese per esequtore passò di la Gio. Battista di Bernardino mio Paesano esequtore di questa Corte scilicet Tiburtina; Capiendus a Riofrigido in die maxime Populorum forensium confluentiæ diuersarum Personarum, sicut Birruarij arma ferentium *Farinac.cons.*100.*num.*2. *&* 35. vbi aliter secus de Ciue, qui presumitur habere cognitionem Baroncelli ratione cōtinuæ residentiæ in Ciuitate tamquam magis noti non autem de illius Birruarijs cum plures sint, & in diem mutantur in quos ho-

mines non ita oculos infixant, & si imputatus sit persona, quæ raro; vel vnquam tractare solet cum Curia tunc optime concluditur ignorantia.

36 Imo, & ille Iudex; qui capturam talibus, tempore, & loco commisit corectione dignus est, præcipuè si Ecclesiasticus, tanquam immemor Euangelicæ Doctrinæ, non autem in die festo ne forte tumultus fiat in Populo, sicut redarguendus erat ille Vicarius Tiburtinus, qui audita relatione Birruarij maiori excommunicatione innodati ex Canone si quis suadente Diabulo 17. quæst. 4. dum excesserunt † moderamen officij proiciendo dictum Sacerdotem in Terra sic firmant post alios Ioannes de Lignano de *Censur. Ecclesiast.* §.5.*num*.16.*D. Anton. Florent. de excommunicat. cap*. 1. *num*.14. cum alijs per *Carolum de Graf. de effect. Cleric: effect*. 9. *ampliat*. 21.*num*.86. ad vlteriora super illius querela processit, &
38 tamen † omnia iura aborrent excommunicatum posse in Iudicio sistere, sic relicta prolixitate de communi firmat *Farinac. de Accus. quæst*.12.*limit*.7.*num*.26.*& seqq*.

39 Quam plures Canones relatos a Farinac. loco supracitato prohibent audientiam excommunicato in Iudicio, & tamen Vicarius
40 ille excommunicatum audiuit, & † sic fecit contra Canones prohibitiuos vltra incursam irregularitatem, in quam relapsus fuit per Canonum transgressionem secundum speculatorem in *Prax. lib*. 2. *part*. 1 *tit de dispensat. Rub. quid sit irregularitas* §. *iuxta Propositionis ordinem num* 1. *vers Item imo dixi Alberic in Dictionario*
41 *lit. I. verb. irregularitas*, nomen † excessit etiam comittendo capturam dicti F. A. quamuis ex *Concil. Trident. de Reformat. sess*. 6. *cap*. 3. Episcopus valeat tamquam delegatus a Sede Apostol. corrigere: & punire Regulares extra Monasteria degentes proce-
42 dit † tamen dicti Concilij dispositio si Regularis per notabile tempus extra Cœnobium commoretur non autem si ad breue, quia illud verbum degens significat existentiam diuturnam iuxta *Lezan. in summa tom*. 3. *verb. Episcopus quo ad Regulares numer*. 24. quem in his etiam terminis sequitur, & refert *Antonell. de Regim. Eccles. Episcopal. lib*. 7. *cap*. 14. *num*. 3. hac distinctione retenta, quæ verissima est coniungendo *cap. aliud eiusdem Concil. sess*. 25. *cap*.
43 14. *de Regul*. † vbi solum tribuitur Episcopo potestas præfiniendi terminum Prelato Regulari ad puniendum subditum publice delinquentem cum scandalo Populi ex quo *Roderic. Regular. quæst. tom*. 2. *quæst*. 63. *art*. 7. §. *tertio infertur*, sic firmat de Comuni Episcopum non posse nec per se, nec per alium ad Capturam Religiosi pro-

si procedere nisi fortassis ita versaremur in notorio de quo liqueret ex processu *Zacch. Pasquagli ad Laur. de franch. controuer. inter Episcop. & Regul. in Addit. p. 2. quaest. 45. nu. 6.*

Quarta Libelli Particula.

Scandalum causatum a Iudice nu. 1.
Ignorantia excusat a delicto nu. 2.
Ignorans non dicitur delinquere nu. 3.
Acclamare licet contra Curiam quando, vel ignoratur, vel excedit num. 4.
Succurrere offensum quislibet debet nu. 5.
Obuiare si quis potest, & non facit ipse facere videtur nu. 6.
Omittens defendere peccat contra charitatem, & iustitiam nu. 7.
Non defendens Clericum ab Iniuria dum potest excommunicatus est nu. 8.
Iuste resistit potest quando exceditur nu. 9.
Non delinquit qui eximit, sed qui excedit nu. 10.

1 ALiud caput cum scandalo publico laicorum, & auxilio acclamato contra Curiam facile soluitur, quia scandalum originatum fuisse dic mus ab imprudentia Iudicis qui capturam commisit ex preponderatis in praecedenti particula circa auxilium acclamatum contra Curiam satis disculpatus remanet ob iustam, &
2 probabilem † ignorantiam, vt illi essent satellites dum nec signa ferebant, nec mandatum notificarunt, aut acclamarunt ferma alla Corte iuxta superius firmata ignorantia, quando est probabilis, vt
3 hic *Giurba cons. 38. nu. 4.* excusat quia † ignorans non dicitur delinquere de comuni *Giurba cons. 4. nu. 11.* excludit contemptum *Giurba cons. 34 nu. 29. & d. cons. 38. nu. 9.*
4 Potuit etiam absque poenarum incursu acclamare per voces succurrite, succurrite, conuocando Coniunctos, & Amicos secundum theoricam *Bartol. in d. l. Probibitum numer. 3. C. de iure fisci lib. 10. Lucas de Penna ibi num. 14. vers. dixit etiam Milleus in Praxi Crim. ad lib. B.* incipit citatus ad hunc diem *Glos. receptus, & acceptus sub lit. B. num. 19. Paris de Puteo de Syndic. par. 1. verb. resistentia numer. 2. vers. & quod quoad resistentiam Maranta disput. 1. num. 27. vers. tamen potest Poller. in Pract. crim. prima parte 2. partis verbo notatos captat de persona numer. 17. vers. & possint Siluius de Arcerijs inter crim. diuers. cons. 71. nu. 26. lib. 2. Straph.*
de-

de priuileg. iuram. priuileg. 132. *num.* 43. *quos Parinac. de Carcer. & Carcerat. quaest.* 32. *nu.* 30. *sequitur.*

5 Sed re vera omnis Christianus absque alia conuocatione accurrere tenetur ad succurrendum Religiosum in terra proiectum prout fecerunt illi Astantes iuxta documentum *Diui Aug. ex Sac. tex. desumpto lib.* 1. *de officijs translatum in cap. non inferendae* 7. *caus.* 23. *quaest.* 3. ibi, *Non inferenda, sed deppellenda iniuria, lex virtutis est: Qui enim non reppellit a socio iniuriam si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit,* repetunt Anastasius, & Damasus
6 Pontifices in sequenti *C. Qui potest* 8. *dictis caus. & quaest.* † sic sanctientes, *qui potest obuiare, & perturbare preuersos, & non facit nihil aliud est quam fauere impietati eorum, & idem D. Augustinus in Psal.* 31. *Relatus in c. si. dicta caus.* 23. *quaest.* 3. *in fin.* ibi, qui desinit obuiare, cum potest preuersis, & non facit consentit
7 *Sotus de Iust. & Iur. lib.* 4. *quaest.* 7. *art.* 3. † dicit omissio defensoris inducere peccatum contra Charitatem, & Misericordiam ex precepto de diligendo proximum *Nauar. in summa cap.* 24. *Rubric. de quinque sensib. exterioribus, & operibus Misericordiae nu-*
8 *mer.* 20. *vers. in* 28. *num.* quicumque † potest commode, & non defendit Clericum ab iniuria manifesta quae manifeste infertur est excommunicatus, & sententia *Innocent.* 3. *vt in c. Quantae* 47. *de sent. excom.* ibi pari poena pletendos *Catholica condemnat authoritas eos delinquentibus fauere interpretamur, qui cum possint manifesto facinore desinunt obuiare,* Vnde recte curarunt Christiani astantes in adimplementum precepti dimissionem dicti Religiosi praecipue, vt diximus legitima patrocinante ignorantia illos fuisse Birruarios, tum ex defectu signi, tum ex defectu non ostensi mandati, tum etiam ratione excessus in exequendo, dum illum proiecerunt in terram, vt superius probauimus, quae omnia considerant Doctores, eo magis quia nullibi constat de excessu moderaminis inculpatae tutellae ex notatis per *Gras. de effect. Cleric. effect.* 9. *nu.* 262. *&* 263.

9 Eximitionem huiusmodi esse tamquam licitam a Iure approbatam DD. affirmant quando in procedendo consideratur excessus,
10 vel iniustitia per *tex. in l.* 1. *§. Offilius, & §. fin. ff.* † *Ne quis eum qui* in ius vocatum eximat, sic Vlpianus concludit, & sane si delinquit, qui vocat non delinquit qui eximit *Roman. cons.* 320. *nu.* 6. *Maranta dicta disput.* 1. *num.* 27. *in princ. Siluius de Arcerijs dicto cons.* 71. *nu.* 25. *&* 26. *Seraph. d. Priuileg.* 132. *nu.* 43.

Quin-

Virgi-

Virgilius mendax ex verbis relatis nu.38.
Ex recensitis de Angelo Sturabotte num. 39. Francisco Placentino num.40.
Vnicus testis Curia plene contra Curiam probat ad defensam inquisiti nu.41.
Sacerdos, & Parochus quia in maxima dignitate magis credendum num 42.
Offensa minime credendum nu.43.
Numero minori testium in dignitate existentium magis creden. quam maiori inferioris conditionis nu.44.
Contra Personam receptam in testem nihil a recipiente opponi potest num.45.
Testes deponentes de tentato Virgilio non probant de ratione numer.46.

1 COmmercio cum inhonestis personis loquutus fuit Iudex in num. plurali; & tamen ex reuolutione totius processus duo notantur delicti carnis capita, alter commercij cum vnica muliere alter tentati Pueris, vnde erronea est in supposito sententia procedunt aducta superius in tertia Particula §. *vulneratione numer.8.& seqq.*

2 Expendenda sunt probationes sumptæ de imputato commercio cum Margherita Alexandri de illo primo refertur Belardinus Marcelli examinatus per Notarium Emi..entissimi Vicarij qui non probat ex supra obseruatis in prima Particula *numer.18. & seqq.*

Minus probat bene obseruata eius in hac parte depositione *cop.proces. fol.* 147. subdens ex se anzi con detta occasione fù detto publicamente in Vall'infreda che detto F. A. haueua ingrauidata Margherita &c. che al presente sta in Roma † de audito, &
3 non dicit a quo ex notatis in prima Particula *num.* 47. *&* 48. *in* 3.
4 *Particula num.26.&* 27. † Verbum illud subdens indicat extra articulata,& petita *glos.in l.1.§.Diuus Antonius verb.dixerint ff.de quaest.non ergo probat Mascard.de probat.conclus.*1371.*num.*1.*&* 2.*conclus.*1374. *num.*4. tamquam suspectus ex deductis in prima Particula *num.*23.*&* 36.

5 Iacobus del Grillo primo examinatus per eumdem Notarium Eminentissimi Vicarij *cop. proces. fol.* 145, *a tergo*, ibi, & anco si teneua Margherita di D. Cesare la quale per questo si e detto per Vallinfreda che la ingrauidò, e poi la fece venire a Roma per maggior

gior sua commodità, e questo lo sò perche, come hò detto in Vallinfreda, e publico, & notorio.

Examinatus iterum per Iudicem Regularem, & suggestiue interogatus *cop.proces.fol.*211.

6 An sciat supradictum F.A. habuisse commercium ad malum finem cum aliquà muliere respondit, che hauea che fare con vna donna chiamata Margherita Interogatus a quò supradicta audiuerit respondit per la Terra communemente, & interogatoria, &
7 responsiones sunt impropria,& vitiosa responsio † prima tamquam deponens ab interogatis ad *tex.in l.1.§.quis simpliciter ff. de verb. signifi.Tyndar.de Testib cap.*10.*num.*20. potest referri ad certam
8 scientiam Testis interogati † sed ex ea non recte desumptum sequens Interogatorium, vel non recte formatum, dum testis in prima responsione non dixit de auditu, sed potius erat interogandus quomodo sciat *l.* 1. *§. Diuus Adrianus, & ibi Glos. verb. amplius*
9 *ff.de quaest.*vtrumque interogatorium vitiosum † primum tendens
10 in sugestionem *d. l.* 1. *§ si qui questionem ff. de quaest.* secundus † tamquam extra casum non paret efficaciam sic DD. *per tex.in antedicta l.1.§ si quis simpliciter ff.de verb.signifi. Tyndar. praecitato*
11 *cap.*10.*num.*20. *vers. aliud est &c.* ad decimam sed † quicquid sit eius causa scientie refertur ad auditum absque nominatione eorum a quibus dici audiuerit, & sic nihil probat ex supra allegatis,& obseruatis in prima particula *nu.*47. *&* 48. in tertia particula *nu.*26. *&* 27.

12 Sanctes Pacis testis, & querelans examinatus per Notarium Eminentissimi Vicarij, & extra interogata sic deponet *cop. proces. fol.* 138. *a tergo*, & 139 Anzi soggiungo a V. S. che detto A. se bene ha tenuto, & al presente tiene Margherita Alessand.i da Vallinfreda con la quale ci hà fatto vna figliola femina, & di questo ne anche publica voce, e fama per Vallinfreda ad exclusionem dicti sunt obseruanda in iure deducta in prima parte circa insufficientiam *num.*19.*& seqq.* extra interogata *num.* 23. *&* 36. & quae in hac eadem particola mox de Belardino Marcelli, querelans, & sic Inimicus in antedicta prima parte de eodem Sancte *numer.* 54. *&* 55.

13 Caterina Nibaldi, ex tota suae depositionis lectura colligitur inimicitia *cop. proces. fol.* 243. *a tergo*, lo co osco molto bene perche mi hà mandato mio marito in Galera fol. 244. & vna volta mi assalì con il pugnale auanti la porta di Casa mia, & se non era la Madre, Fratello, e Sorella, che lo teneuano mi ammazzaua, de commercio cum dicta muliere dicto fol. 244. sic deponet, intero-

gata de opinione, si dice che si teneua la puttana in casa, e la madre, & la sorella gli teneuano di mano procedunt ergo ad dirimẽdum fidem de eodem notata supra *part.prima num.35. & 36.* & quæ inferius de omnibus testibus in hac eadem Particula infra dicam.

14 Antonia Fuluij Mater antedictæ Catherinæ ex suo dicto inimica iuxta recensita in prima Particula *num. 6. & seqq. & num. 11.* de commercio sic deponet cop.proces. fol.250. In questa Terra si teneua in concetto, che si tenesse vna donna in casa, Interogata de fama mulieris, Io ne hò intesa cattiua relatione, & si è detto che hauesse, che fare con il sopradetto &c. & si è detto per tutta la Terra, ma di tutto questo non ne sò niente quanto hò inteso dire.

15 Rosatus Belardini inimicus cop.process. fol.263. ibi fece rixa con Notario Antonio mio Zio, quia subest causa inimicitij, vt in *1.part.num 11.& 43. de iure firmatur de commercio fol.264.à ter.* Si mormoraua per la Terra di vna donna chiamata Margherita, che teneua in casa della Madre, che ci hauesse che fare, ma io non lo sò.

16 De Iure Canonico etiam recurrendum est ad coniecturas, & præsumptiones, quando agitur de Regulari fornicario, vel alias de commercio, & copula carnali ex relatis per *Farinac. de delict. carnis quæst. 136. nu. 1.* Sed quæ, & quales sint DD. omnes hanc materiam tractantes quos explicauit *Alex. 3. in Decretale, vt in c. litteris 12. de præsumpt.* quarum nulla deducitur ex depositionibus dictorum Testium non solus cum sola, non nudus cum nuda in eodem lecto, non visi in locis secretis, & latebris ad copulam aptioribus, & commodis, ac tempore suspecto.

17 Sola hæc vociferatio discutienda quanti ponderis sit, & an famæ locum teneat prima inspectione crederem cum relatis per *Farinac. de indit. & tortur. quæst. 47. in 1. Requisito num. 208.* posse affirmatiuè teneri dum firmant duos testes probare famam

18 & hic habemus sex testes † contrarium verius ex defectu Autoris, nam testes deponentes de fama debent nominare Autores & eos à quibus famam ortum habuit, etiam non interrogati vt idem *Farinac. de magis communi, & veriori dicta quæst. 47. in 6. requisito num. 229. 230. 232. & 233.* vbi si testis dicat se audiuisse à maiori parte Populi, sed de nominibus aliquorum interrogatus respondeat non recordari fama non dicitur probata prius tenuisse *Simon de Pret. cons. 81. num. 21. vers. tum etiam quia lib. 1. Pacia*

19 *de probat. lib. 1. cap. 49. num. 28. vers. mihi verum* † Idem *Farinac.*

nac.conf.24 num.5. & 6. reddens rationem, ad hoc vt sciatur an orta sit ab honestis, & fide dignis viris, quia tunc bene operatur contra diffamatum, sed orta ab incerto auctore dicitur vana
20 vox Populi, & † D. *Hieron. ad Ruffin. multum in vtramque partem crebro fama mentitur, & tam de bonis mala, quam de malis bona falso rumore concelebrat. Multi profecto sunt falsi rumores à maleuolis, nugigerulis confecti, quiuis enim potest turpem de quolibet rumorem proferre, & confictam fabulam dissipare, temere etiam conflari solent ea, quæ ex rumoribus spargun tur sine certo Autore, & sine radice veritatis.*
21 Testes de huiusmodi voce deponentes non solum defectuosi, sed etiam inimici, vt Antonia, Catherina, Sanctes, & Rosatus versamur ergo in sententia S. Patris, & rememoratus est *Innoc. 3. vt in c. cum in iuuentute 12. de Purgat. Canonica*, vbi quod dictũ vnius facilè sequitur multitendo; laborant testes, alio substantiali
22 temporis defectu, & sic non probant famam † *Farinac. dicto conf. 24 num. 7. & 10.* vbi ad rem si non concludunt de tempore non dicunt à quo audiuisse, & non sunt omni exceptione maiores imo & præsumitur orta post inchoatam inquisitionem, & sic irreleuans *Vermigliol. cons. 74. num. 14.* cum relatis, ac communis est omnium scribentium sententia, vt sola fama non faciat fornicationis probationem, & copulæ carnalis, sed tantum, & adiuuet, & adminiculetur alias præsumptiones, & probationes quam refert *Farinac. de delict. carn. quæst. 136. par. 3.*
23 Fuit etiam examinata, & tanquam Rea constituta Margherita, & suggestiuè interogata cop. proces. fol. 203. à terg. an aliquando fuerit conducta, & reconducta ab ipso F. A. ab Vrbe ad Vallem frigidam, à Valle frigida ad Vrbem cum prius interogata de cõmercio respondit, io non hò mai conuersato con lui, ne qui ne al
24 paese † improbatæ à iure hæc sunt interogationes veritæ, vt DD. tradunt per *text. in l. Diuus 6. ff. de custod. & exhib. Reor.*
25 adeo si mulier illa esset prudens † & sagax bene potuerit non respondere Iudici interoganti, vt firmat *Cartar. in Pract. interogan. Reor. lib. 1. cap. 2. num. 1. & 8.*
26 Nam si ad probandam voluntatem fornicatoriam requiritur cõcludens probatio ingressus in domum formosæ mulieris, & tamen
27 † non probatur fornicatio nisi constet de alijs præparatorijs, & magis proximis, etiam si cum ingressu concurrat fama legitime probata *Mates. singul. 119. num. 1. Farinac. cons. 78. num. 17. & seqq. cons. 80. num. 10.* quid hic dicendum, dum sola vociferatio fuit probata in processu relata à testibus non assignantibus auto-

 rem,

28 rem, † certè sententia in isto capite sicut etiam in alijs, dum nō iustificatur ex processu dicitur notoriè iniusta *Abbas in c.intercateras num.10.& 11, Felin.num.10.ac cæteri Canonisti de Reind. Rota decis.84.num.6.in fin.apud primum vol.cons.Farin.Vermigl. cons.123.num.2.cons.233.num.3.*
29 Plurali loqutione vsus fuit Iudex in sententia circa damnatum commercium cum in honestis personis in his imputationibus verbum illud commercium sumitur pro actu consumato ex ratione
30 *tex.in c.2 vt lite pendent.* † Sed nec etiam ex accusatione Sanctis de Pace, & depositione Vergilij deducitur imputatio commercij cum dicto Virgilio, sed tentatæ fornicationis, non ergo po-
31 test verificari sententia in illa plurali loqutione † vulgata *l. vbi numerùs ff.de testib. c.pluralis loqutio 40. de Reg.iur. in 6. Bar-*
32 *bos.Axiomate 179.num.1* redargnitur † pariter de notoria iniustitia *Cesar de Graff.decis.147.alias 2.num.6. & 10. desolut.cum alijs mox citatis.*
33 Distinctionem facit *Paul lib.5. sent. vt in l. 1. §. qui Puero ff. de extraord.crim.* quam repetit *Gratia. in decreto nulla littera deleta, vt in Canone Sollicitatores 15. §.qui Puero de Pœniten. dist.1.* inter actum consumatum & tentatum etiam relati per *Farinac.de delict.carn. quæst.148. num.61 & seqq* quam distinctionem jn prædicato suæ sententiæ non obseruauit Iudex.
34 Sed ad rem diligenter inspecto processu de imputato delicto assertæ tentatæ formicariæ nulibi cōstat nisi ex dicto Virgilij asserti tentati, cui de nihilo credendum iuxta per eumdem recensita cop.proces. fol.331. me ne vscij dalla casa, vscito che fui, li dissi Frate cornuto, e lui mi rispose minacciādomi col dito ah furbaccio, & cosi andatomene in casa mia, auuisai mia Madre, e mio Zio, che in detta casa non ci facessero più andare ne mio fratello, ne mie sorelle, perche haueno riceuuto dal P. il sopradetto incon-
35 tro, viget ergo † manifesta causa inimicitiæ cum sub sequtis verbis iniuriosij, & minis quæ omnia simul iuncta inimicitiam probant ad tradita per *Farinac. de indit. & tortur. quæst. 49. in 8. conclus.num.38. & sequentibus Giurbam cons. 17. num.5.* Vnde
36 præfato † Virgilio minime credendum, dum inimicus *Farinac. de indit.& tort.quæst.65.num.42.* vbi minime de iure cautum re-
37 periri quod ob difficultatem probationis † credatur testi in causa propria, inimico *Vermigl. cons.90. num.7. ac de ratione superius dixi.*
38 Est etiam mendax iuxta recensita per ipsum cop. proces. fol. 333. à terg. & seqq. Dopo vedendosi scoperto vna sera venne a

Casa

Casa mia assieme con Angelo Sturabotte, & la Madre armati, cioè detto Angelo per quanto viddi, & io per timore corsi alla volta della fenestra, che risponde fuori delle mura per buttarmi à basso, perche in Casa mia non c'era se non mia sorella, & così sopragiungendo la Madre di F. A. mi ritirò dentro, il che fatto mãdorno à chiamare D. Francesco tenendomi vno per li calzoni, l'altro per il braccio ad effetto ch'io mi disdicessi alla presenza di detto D. Francesco &c. Io per timore li dissi che aspertassero mio Zio, perche io non l'haueuo publicato con nessuno, ne tampoco ero obligato hà disdirmi, & che il male se l'haueua fatto da se, & non venendo mio Zio disse, che diceuo tutto quello, che voleuano loro.

39 Angelus Sturabotte quem Virgilius pro Socio di F. A. quando accessit ad eius domum & sero, assignat fuit alias examinatus, nec verbum aliquod de huiusmodi facto prout verisimiliter si verum esset quod ipse Angelus fuerit associatus dictum F. A. eo sero, vel esset interogatus, vel ex se deposuisset.

40 Magis explicat R. Franciscus Placentinus Curatus Vallis frigidæ Testis à Curia adhibitus cop. proces. fol. 259. detto Padre vna sera di Quaresima mi fece chiamare alla Casa, & mi disse, che per essere notte, voleua ch'io andasse alla Casa di Olimpia moglie del q. Nottario Santi Rinaldi, perche disse che l'haueuano anco infamato sotto pretesto, che hauesse ricercato detto Virgilio a fare atti dishonesti, & nell'andare che facessimo in detta Casa, che v'era la Madre di detto Padre per parlargli, e facendo motto, e chiamando alla porta. Sentendo detto Virgilio che vi andaua detto Padre, andò alla Camera per saltare da vna fenestra, e d. Padre dubitando, che d. Virgilio non si facesse male, lo chiamò, e disse Virgilio, Virgilio non fuggire, e non dubitare, ch'io non sono venuto quà per farti male, ma solo voglio che dica la verità, & li disse Virgilio, Virgilio t'hò io mai ricercato de atti dishonesti, e d. Virgilio disse Padre nò, e così anco io ne feci fede.

41 Iste est testis Curiæ, & à Curia receptus licet vnicus plene probat factum depositum contra Curiam ad defensam inquisiti *Bertazol. conf. crim. 71. num. 5. lib. 1. Giurba conf. 84. num. 10* qui alios congerit *Vermigliol. conf. 500. num. 3.* & in concursu magis credē-

42 dum dicto Placentino dum † Sacerdos, & Parochus, & sic indignitete magna constitutus ad *tex. in c. Alit. 14. caus. 11. quæst. 2. in c. duo ista 35. caus. 23. quæst. 4. Ludouic. Roman. in suo sermone post consilia num. 11. Lauor. variar.* elucubratio de Prisco & recessiti funerandi more *tit. 2. cap. 3. num. 214. cap. 11. num. 82 vers.*

demum

demum Parochus, sic illi magis quam Virgilio inferioris qualita-
43 tis † & offenso, vt ex suo dicto credendum *e. in nostra 32. de testib. Farinac. de test quaest. 65. num.* 114. nam, & si in minori nu-
44 mero, & dignioribus fides est adhibenda quid magis † in pari, ac Rota pluries attenta personae qualitate, & informatione nego-gocij fidem vnico testi esse adhibendum censuit, vt in *decis.* 594. *num. 16.* & infra, *vbi alia referunt par. 5. recent. tom. 2.* magis, vt
45 dixi cum fuerit pro Curia † receptus, & examinatus, cum nihil ex his contra eius personam opponi possit summopere illi credeñ, *Rota decis. 430. num. 31. dicta par. 5. rec. tom. 2.*
46 Nec ad rem facit quod de huiusmodi tentato asserto scelere deponant Antonia Fuluij, quia inimica, mulier, & de audito fol. 251 à terg. & non dicit à quo Bellardinus Marcelli fol. 223. à terg. licet ineptè interrogatus de rixa, de auditu à puero, vt ipse ait Iacobus del Grillo, dicit de publica voce, & fama, & quod de hoc fuerit querelatus in Curia Episcopali fol 144 de fama non recenset requisita, *vt supra* necessaria, de querela, mandax, & quod ex hoc capite fuerit concionationis priuatus etiam mendax dum aliter deponit R. Franciscus Placentinus fol 259 respondens Interogatae priuationi, mi ricordo che mi scrisse ch'io l'intimasse, che non predicasse, e questo fù per la rissa successa fra d. Notario, e lui Mercurius Bonaiutus fol. 230. à terg. de auditu à Virgilio Ioannes Baptista Pasqualis de auditu vt supra, & etiam mendax dum refert priuationem in hanc causam fol 236. à terg. & aliter deponet dictus Placentinus, qui suspensionem intimauit; Olimpia Pasqualis est mater Virgilij offensi cop. proces. fol. 245. à terg. & 246. Sanctes Pacis quaerelans Granatus Rinaldus Patruus Virgilij & inimicus, & de auditu ab illo calumniosa, & à maleuolis excitata procedunt ergo ea quae superius firmauimus de imputatione circa Margheritam.

Sexta Libelli Particula.

Constitutio spontanea arguit Innocentium num. 1. fuit ad formam Canonicae purgationis, num. 2.
Praelatus non debet carcerare quem se exhibet purgationi Canonicae, num. 3.
Purgatio Canonica quomodo, & quando indicenda sit, num. 4. & quando non, num. 5.
Infamia saepe fallax, num. 6.

Mo-

Ionitio prius necessaria, etiam si crimen notū esset Prælato antequā indicat subdito purgationem Canonicam, num.7.
Carceratio Religiosi iniusta, & excessiua, num.8. 13. & 22. vbi de ratione.
Regularis non ita ad titulum criminis facilè carcerandus, num. 9. C. vt fama tua de sent. excommunic.examinatur, num.10.
Carcer in Regulares potius ad pœnam, quam custodiam adhibendus, num.11.
Clerici de quocumque crimine notati se defendunt per Procuratorem num.12.
Carceratus timen seuitiam Iudicis impune fugit, num.14.
Seuitia dicitur probata ex diuturna carceratione absque examine, num.15.
Carceratus citius examinandus, num.16.
Dictio statim temporis interuallum excludit, num.17.
Reformatio Pauli V. mandat examinari Reos statim post tridum, num.18.
Custodia diuturna macerat carceratos, num.19.
Iniustè carceratus sine incursu pæna à carcere fugire potest secundū legistas, num.20.& secundum Theologos, num.21.

1 FRactura Carceris quatriplicata in facto scieñ bis se sponte constituisse coram Superioribus primo in principio mensis Decembris 1650. scilicet coram Patre Vicario Generale, quæ spontanea Constitutio est maximum Innocentiæ inditium secundum Legistas, & Canonistas de communi, & magis veriori *Farin.*
2 *de indit.& tort.quæst.*48.*num.*51.*& seqq.* Sed † sanctiorem fuisse constat hanc F. A. spontaneam Constitutionem ad formam *cap.1. de purgation. Canonic.* quamuis prætendi possint præcessisse præponderatas vociferationes superius in præcedentibus particulis, dum Canon ibi supponit accusationem, & *glos. verb. expurget*
3 *infamationem* † Partes ergo Prælati non erant in eijciendo ipsū in carcerem, sed in assignando numerum, expurgatorum, vt in dicto *cap.* 1. *ibi cum* 12. ingenui se expurget *glos.verb.duodecim, & d.cto verb.expurget Hostiens dicta Rubric.§.quales autem n.5. Vilagut in Prax.Canc.lib.5. Rub.de Purg.Canonic. cap. unic. in* 1. 2. *& 6. conclus.* † ibi tantum indicet inquisito purgationem canonicam, quando de quo inquisitus est, non constat per confessionem ipsius inquisiti, neque per testes, nisi de infamia ad rem nostram, ergo bene explicat, vt superius diximus, quia testes deponunt de solo auditu, & nō à quo obiectorum criminum nisi de-

ea Virgilij tentatione de auditu ab eodem Virgilio de delatione armorum, vti singulares, defectuosi non redacti adhuc in scriptura, & sic semper in sola vociferatione versamur excitata ab inimicis, maleuolis, alijsque vilibus personis † quasi necessaria, nec
5 etiam esset indictio purgationis ad *tex. in c. cum in iuuentute 12.*
6 *de Purgat. Canonic.* † nam infamia sæpe fallax est, quia temerarij quidam homines, ac ab omni pietate, & religione Christiana alieni, ex leuibus coniecturis, seu signis, grauia quidem, & enormia scelera suspicari, ac obseruare audent in magnum suarum animarum, ac alieni honoris, & famæ dispendium, & alia quæ ponderat *Diaz in Prax. Crim. Canonic. Rubric. de Purgat. Canon. cap. 150. num. 13. & ibi Lopel. in Annot. vers. fin. repetit etiam Roderic. Regular. tom. 2. Rubric. de correct. fratruum quoad Purg. Canon. quæst. 21. art 2. vers. aduerte tamen.*

7 Et si de crimine probabiliter innotuerit ipsi Prælato prout disponitur *in c. 2. de Purgat. Canon.* partes Prælati erant in monendo ipsum constitutum primo seorsum ab ipso, deinde sub duobus, vel tribus testibus, & si non emendauerit Prælatus eum publica increpatione admoneat, si vero nec sic se correxerit ab officio suspendatur, vsque ad condignam satisfactionem, hæc sunt præcepta Concilij Aghaten registrata in *d. c. 2. de Purg. Canon. glos. verb.* si non emendauerit, reddens se operibus bonorum actuum vt sic suspitionem prauam depellat; ne Populus fidelium in eo scandalum patiatur, concordant cum his quæ in generali Præfatione à *num.* 8. *signanter num.* 18. 19. & 20.

8 Carceratio ergo secuta fuit iniusta, & excessiua. Nam si tunc reputatur iniusta, & excessiua ratione ordinis non seruati ex communi de qua per *Farinac. de carcerib. & carcerat. q. 27. nu.* 111. & *seq. quæst.* 30. *n.* 136. & *seqq. et quæst.* 32. *n.* 97. fuisse hic excessum modum immo & contra Canonicas Sanctiones ad carcerationem processum ex *Concil. Trident. sess. 13. c. 1. de reformat. et Alijs supra relatis in præfat. num. 16. & seqq.*

9 Non sic de facili deueniendum esse ad constrictionem personæ Regularis quamuis de crimine suspectæ, sed seruandum præceptum *Innoc. 3. Londo Episc. vt in cap. vt fama tua 35. de sent. excomm.*
10 ibi vt Clerici grauiter excedentes, qui tute non possunt Monasterijs ad agendum pœnitentiam deputari, quoniam; cum non pœniteant de commissis opportunitate fugiendi capta, carcerem fugerent claustri, & prioribus, se sceleribus scelestius immiscerent à te vel alijs Prælatis suis arctæ possit custodiæ mãcipari, in hac prima decretalis parte Pontifex narrati casus compendium facit, sed re-

respondendo decreuit quod cum Prælati excessus corrigere debeat subditorum, & publicæ vtilitatis intersit, ne crimina remaneant impunita; &c. Non solum possunt, se debent etiam Clericos postquam fuerint de crimine canonicæ condemnati, sub arcta custodia detinere, qui cum sint incorrigibiles, nec in monasterijs valeant custodire, ad similia, vel peiora facile laberentur.

11 Vnde Pontifex ad pœnam carcerem paratam esse decreuit non ad compilationem processus etiam quando agitur de grauioribus, & quod alias Clericus esset incorrigibilis iuxta decretalem, sin minus suam Inquisiti religionem sequi voluit *Bonifat. VIII. vt in c. si Clericos 16. insi. versi. eos* ibi si de parendo iuri fideiussoriam dederit cautionem detineri non debes *de sent. excom in 6. Io. Andr. ibi ante num.* 1 sic inquit postquam fuerint de crimine canonice condemnati ergo non prius nisi essent notorij nec etiam notorio, vt dicit obedire parato violentia debet inferri ex ratione *dic. cap. vt*

12 famæ, quam reperit Io. Andreas † & faciunt congesta per *Carol. de Graf. de effect. Cleric. effect.* 59. *nu.* 2. dicit Clerici pro quocumque crimine fuerint prosequuti semper poterunt se defendere per Procuratorem.

13 Redditur ex his rationibus iniustissima carceratio sequuta, dum F. A. se constituit coram suo Prælato superiore, & se respectiue exposuit Canonicæ purgationi, ille enim eumdem remisit ad iudices male affectos, & processum cotra Præceptũ canonicum vt supra in præfatione *n.* 10. 11. *&* 12. *ex relatis à Farinac. de carcer. & carcerat. d. quæst.* 30. *n.* 139. *ex Io. Barber. in sua Praxi prima par. Ru-*

14 *bric. num.* 4. tunc † enim cum carceratus verisimiliter præuideat vim, & iniustitiam sibi fieri ad sui tutelam fugiendo bene facit, vt infra dicetur.

15 Patet etiam de seuitia ex alio capite nam inter coniectionem in

16 carcerem, & primum examen adest cursus vnius mensis † & tamen de iure etiam ciuili examen quam primum fieri debet, vt noxius puniatur, innocens absoluatur *tex. in l.* 1. *C. de custod. Reor.* ibi

17 statim debet quæstio fieri glos. verb. quæstio idest examinatio, lex † vtitur verbo statim, quæ intelligitur sine temporis interuallo *l. si finita* 14. *§. non autem ff. de damn. infect. Surd. decis.* 57. *nu.* 9. dicit

18 dictionem huiusmodi non recipere dilationem Pauli V. † *fel. Rec. in sua reformat. Rubric de iudic. crim. §.* 10. *num.* 19. sic decreuit, curent autem Iudices quicumque ne rei detineantur in secretis vl-

19 tra triduum antequam examinentur ex ratione † *tex. in l. de his* 5. *C. de Custod. reor.* ibi id aperta definitione sancimus, vt, aut coniunctos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna

F non

non maceret *Cartar.in Prax.interrogan.reor.lib.3 cap.3.num.46. vers.* & debet reus statim.

20 His rationibus præponderatis ab omni pœna immunis fuit d. F. A. ob instam fugam à feriæ, & iniusta carceratione præcipuè, dum semper sine directa lesione custodis fuit, vel sequamur opinionem legistarum, &. Cannonistarum quam refert *Farinac. de carcer. & cer.qu. 30.num.120.& sequen. Giurba.cons.30 num. 32.consil.66. num. 3*

21 Vel sequamur opinionem Theologorum Card. Caiet. *ad D.Th. 2.2. quæst.69.art.4.in respons.ad prim.firmat* quod in carcere iuste coniectus potest fugere licet inde aliquid damni per accidens custodibus eueniturum sit modo eis non inferatur vis, & in *respons. ad 3. & 4.* concludit posse fugere etiam rumpendo vincula limando compades, & effringendo carcerem eamdem sententiam primo ex mente eiusdem D. *Thom. in suis relatis comprobat Nauar.in summa cap.17.num.101. de regular.comment.4.quæst.16.num.63 vers.* quarto facit licet indistinctè recedat vers. pro parte vero negatiua, sed distinguendo tamen co firmat opinionem Caietan. vers. ad quartum concedendo, quod missus causa custodiæ in carcerem ante condemnationem iuste potest sine peccato fugere, quia ante illam non tenetur soluere pœnam *Roderic. Regular. qu. to.1. quæst.30.art.4.vers.verumtamen Azor. inst.it. Moralium lib. 12. cap.11.quæst.7.cum alijs per Peyrin.oper.moral.de minim.to.1.rub. de subdito qu. 1.cap.20.vers.*ad primum respondeo, & vers.non obstat Concilio.

22 Carcerationem fuisse iniustam pluribus concomitantibus rationibus supra probauimus, & licitam, & saluberrimamque fuisse fugam, & bene suis responsionibus remanere disculpatum dict. F.A. quando de huiusmodi fugis fuit interrogatus allegando seuitias iudicum, & custodum, necnon leues causas sequutarum Carcerationum, vnde sententia etiam ex isto capite notoriè iniusta.

Septima Libelli Particula.

Plura in vnum finem tendentia tamquam de vno, & non pluribus delictis iudican. n.1.

Delictum negans nil probare debet, & onus transfert probandi in accusatorem n 2.

Probationes in criminalibus debent esse luce clariores, & per necesse concludentes n.3.

Testes

Testes debent esse Idonei n.4.
Idoneitas tria copulatiue requirit, & qua n.5.
Qualitas requisita à lege est probanda n.6.
Testes deponentes de confugio pluribus patiuntur exceptionibus numero 7.
Confugium excluditur ex recensitis per Pizzacorasam n.8.
Constitutiones de confugio intendunt de eo qui manet continuo in loco tuto num.9.
Publice ambulans, sciens se posse à Curia carcerari innocens prasumitur num.10.

1 Confugio ad loca prohibita in alia particula probauimus non licuisse Iudici vnum, & eundem pretensum delictum ex pluribus inesse deductum tamquam ad verum finem, & omnia diuersis temporibus per acta tendentia diuidere, & canonizare pro pluribus, & diuersis delictis, ex allegatis in secunda particula nu. 12. & sequent.

2 In suis constitutis huiusmodi confugium negauit F. A. & cum sit quid facti resultans in delictum, nisi probetur negans habet intentionem fundatam in negatiua cuius vis est, vt potentiam omnimodam reducat ad necessitatem probandi ad tex. in l. verius 21. & in l. eum qui 22. ff. de probat. l. frustra 8. l. Actor. 23. & l. fin. C. eod. Hercul. de modo probandi negatiuam limit. 3. ex hoc infertur n. 25. vbi quod dicens se delictum non comisisse hoc probare non tenetur & in 4 limit. n. 54. Giurba cons. 19. num. 68. cum relatis.

3 Vnde obseruandas esse probationes de huiusmodi capite in processu reasumptas dicimus, quæ vt expresse cauetur in d. l. fin. & luce clarioribus expedita cum regulare sit in criminibus à scribendis exactas, & per necesse concludentes probationes haberi DD. etiã per tex. in l. absentem 5. ff. de Pœn. c. sciant cuncti 2. cau. 2. q. 8. Bos. tit. de conuinc. n. 16. Vilagut. in Praxi lib. 4. tit. de delat. iur. cap. vnic. conclus. 8. Vermigl. cons. 431. num. 1. cum similibus, te-

4 stes deponunt de huiusmodi confugio, sed non probant, † quamuis non habeant, nec minus qualitates requisitas à iure, vt in l. fin. ibi quæ munita sit testibus Idoneis, repetit Calistus Papa in

5 dicto cap. sciant iuncti † tria copulatiuè necessarias esse esse dicimus ad verificationẽ requisitæ qualitatis Idoneus ex facultate conueniendi ex facultate bonorũ, ex legalitate, & fide l. si quis pupilatus sit Hicum, aut Pamphil. 12. §. si quis ita ff. de verb. oblig. & cum

6 sit qualitas requisita à lege erit articulanda, & probanda Surd. decis. 56. n. 2. Sed testes laborant quam pluribus exceptionibus nu-

 me-

7 meratis in 2. particula à num. 22. † vsque in finem; Dominicus
8 Sanctes † Pizzacoasa testis fisci confugium excludit. † *cop. proces. fol.*141. ritrouandomi in Roma nel Palazzo del Signor Prencipe Borghese &c. viddi detto F. A. che parlaua con Diomede Appiani, &c. gli raccontò, che haueua prigione vn suo fratello à Vallinfreda, li rispose à posta ero venuto per parlare al Signor Prencipe per la risolutione; poiche glie ne haueua già parlato, & andò di sopra &c. de lì à poco calò à basso, e disse bisognaua ci fosse tornato la sera, & così tutti tre vscissimo &c. così ragionando mi condusse alla volta della Nauicella nella piazza di Spagna, & di lì mi condusse al Palazzo dell'Ambasciatore di Francia, quale entrò dentro & io appresso.
9 Constitutiones Apostolicæ de Confugio loquentes intelligunt de his qui ita confugiunt, vt omnis habilitas eos capiendi Birruarijs cæterisque iustitiæ seruientibus præclusa sit, sed in præsenti si ille per vrbem publicè, & palam ambulabat, & omnibus se exponebat quomodo potuerint inquirentes eum notare de confugio;
10 contra † huiusmodi notam procedunt ponderata per *Farin. de indit. & tort. quæst.*48.*num.*53. vt si aliquis sciat se queri à Birruarijs non fugiens cum possit, & permittit se capi prosumitur innocens, & ex sua conscientia securus effectus, sic pari ratione dicendū de confugio notari non posse, quem se capi permittit prout finaliter captus fuit, sententia ergo ex isto etiam capite erronea in supposito, vt in alijs particulis firmauimus.

Octaua Libelli Particula.

*Apostasia defenderet sententiam à censura n.*1.
Constitutiones Religionis augent pœnas à sacris Canonibus decretis num. 2.
Textus in cap. de Apostatis explicatur n. 3.
*Modus procedendi ad purgationem canonicam refertur n.*4.
*Opinio Innocentij de Apostasia præponderatur n.*5.
*Verbum coercendi quid importet n.*6.
*Textus in cap. à nobis de Apostatis explicatur n.*7.
Detentus in carcere non ita rigide regendus, vt vita eius atenuatur num. 8. *pane doloris, & aqua angustiæ nutriendus n.*9.
*Carcer compassione famis, & frigoris æquiparatur morti n.*10.
*Insordescens in Apostasia est eijciendus n.*11.
*Inteligens de ea mortifera mala n.*12. *per insordescentiam, & abiectio.*

ctionem habitus Apostata vere est qui fidem Christi omnino reliquit num. 13.

Tria sunt genera Apostasiæ, & quæ n. 14. exemplar n. 15

Apostata irregularis quid sit n. 16.

Canones eum redarguunt de Apostasia irregulari, qui abiecto habitu seculariter viuit n. 17.

Ab Apostasia excusatur F. A. ex recensitis per P. Marcellinum Romanum num. 8.

Testis à curia receptus contra curiam probat n. 19. & 24.

Intellectus Concilij Tridentini de Regularibus sess. 25. cap. 4. explicatur num. 20.

Concilium non declarat apostatam recedentem à conuentu sine licentia, sed tribuit facultatem ordinario corrigendi n. 21.

Concilium requirit vagationem sine licentia, & vti vagans fuerit captus num. 22.

In casu præsenti dispositio Concilij non procedit, & quare n. 23.

Testis per curiam receptus contra curiam probat n. 24.

Conquæstiones per iudicem receptas non contradicentem probant numero 25.

Acclamationes probant acclamantem vim passum n. 26.

Iudex acceptans responsionem rei videtur illas approbare n. 27.

Miles fugiens à carcere non animo deserendi militiam non est reus desertæ militiæ num. 28.

Præsumptio est, vt fuga sit causa euitandi carceris, & pœnam n. 29.

Fugens à carcere ob seuitiam Regularis non committit apostasiam numer. 30.

Distinctio quando Regularis dicatur apostata, quando fugitiuus numero 31.

Religiosus quamuis per longum tempus vagatus fuerit sine habito non tamen animo retrocedendi non dicitur apostata n. 32.

Etiam iuxte carceratus fugiendus non dicitur apostata n. 33.

1 Apostasia quatcuplicata caput hoc secundum constitutiones Religionis defenderet à nostra censura totam sententiam ipsam in pœnam triremium, dum ex alijs expressis manifeste iniusta detegitur etiamsi cætera notata crimina essent vera; verum & etiam indagan. an iuste fuerit de Apostasia notatus & de ea mor-
2 tifera mala adeout nulla alia correctione † premissa potuerit ad triremes iuxta antedictas constitutiones damnari augentes pœnas à
3 Sac. Canonibus decretas, vt in *cap.* 3. de Apostat. † ibi qui sunt de Apostasiæ crimine infamati, qui videlicet obiecerunt habitum

Clericalem, non sunt in sæculari habito tolerandi, sed per distri-
ctionem Ecclesiasticam coercendi, donec deficiente probatione ad
infamiam abolendam, purgationem Canonicam curauerint exhi-
4 bere, † *Abbas num.*1. sic inquit in littera, & sensu practica erit,
quod deficiente purgatione statuatur eis terminus ad se purgandũ,
& si illam perstiterint bene quidem, alias habeantur pro conui-
5 ctis, & compellantur reasumere habitum † *Innot.num.*1. discor-
diam notat inter imputantem, & imputatum, dum ille dicit no-
tandum quia in sacris alter negat, quia in minoribus, & sic licuisse
deponere habitum, & eius dicto non statur nisi se purget, & qua-
6 tenus non reasumat, concordat *Io.And.num.*1. & 3. † verbum
illud coercendi scilicet per censuras Ecclesiasticas *Hostien. nu.* 2.
*& etiam Io.And.d.n.*1. At si monit in pertinaciam perseuerauerint
7 † *Honor.* 3.*statuit vt in c. A nobis* 5.*de Apost.* qui minis, vel blan-
ditijs, nullatenus possunt induci, vt abiectum habitum reasumant
poteris sub graui custodia carcerare, ita quod solummodo vita sibi
misera reseruetur, donec à suæ præsumptionis nequitia respiciant;
8 † non tamen ita Prælatus se rigide habeat, vt per attenuationem
vitæ, vel asperitatem carceris verisimiliter moriatur, quia non sic
9 intelligit Pontifex † sed pane doloris, & aquæ angustiæ sustentan-
dus est *Abbas ibi num.* 1. *vers. dicit tamen Sebast. Sap. in annot.*
10 *litt.* A. † pœna carceris, quando patitur famem, & frigus æqui-
paratur morti, sed secundum *Innoc.ibi insi.*si pertinaciter persistãt
11 † tunc ad pœnas statutas *in Can.null.Fas.*5.*distinct.* 19. excom-
municationis deiectione est abijciendus, alienus à Diuinis, & Pon-
tificalibus officijs *Ioannes Andreas num.*2. intelligit de separatio-
12 ne à Christo † omnes residentes in ea mortifera mala per abie-
ctionem habitus, & insordescentiam *iuxta* Can. *quantumlibet* 9.
*dist.*47.*Can fin.dist.*50. *c.Beatus* 2.*caus.*3.*quæst.*4. *Arnald. Alber-*
13 *tin.de Agnoscen assert.*Catol.*quæst.*2.*num.* 3. *vers.* † Nam Apo-
stata est qui fidem Christi omnino reliquit.
14 Distingunnt tamen omnes tria genera Apostasiæ scilicet perfidiæ
inobedientiæ, & irregularitatis perfidiæ dicitur qua quis peruerti-
15 tur, & recedit à fide sicut † Iulianus Apostata inobedientiæ, qua
quis sui maioris præceptum spontanea transgreditur voluntate, vt
16 Adam, & Eua † irregularitatis est quum quis à statu assumptæ
Religionis, & professæ, vel à sacris ordinibus recedit, & tamquam
laicus conuersatur *Canonist.omnes in Rubric.de Apostat. Hostiens.*
in sum de Apost.num 2. *Arnald.Albert.dict.quæst.* 2. *num.*4. *de*
*hac tertia specie etiam Carol.de Grass.de effect.Cleric. effect.*1. *nu.*
1043. *Roderic. Regular.quæst.tom.*1.*quæst.*30.*art.*1.

De

De duabus primis non indagandum quia de sola tertias notatus
17 & male, dum Canones redarguunt † eum qui abiecto habito secularitcr viuit de determinata intentione, non reuertendi ad ara-
18 trum vbi manus posuerat, obiectum tollitur per ea quæ † recenset P. Marcellinus Romanus *cop.processf.fol.* 154 *à ter.&* 155. dopo fatta la professione è andato girando con occasione di studio, & anco è stato fuori come si diceua dalla Religione cioè pernotaua fuori de'Conuenti, con l'habito però.
Et alibi m'abboccai con il sudetto P. Angelo, e mi disse, che essendo io stato suo Maestro haueua confidenza in me, e perciò l'aiutasse con li superiori, che voleua tornare alla Religione iste
19 testis † vti à curia receptus plene contra curiam probat ex allegatis supra in 2.*par.num.*5.*& seqq.* & non dimissionem habitus, & voluntatem redeundi ad Religionem, vnde & secundum Canonicas sanctiones calumniosè de Apostasia notatus.
20 Non in contrarium facit *Concil. Trident. de Regularib. sess.* 25. *cap.*4. quia licet prohibeat Regularibus recedere à suis Conuentibus etiam sub prætextu eundi ad maiores, Prælatos absque licentia in scriptis alias ab ordinarijs locorum tamquam desertores sui
21 instituti puniantur, sed Concilium † non declarat Regulares Apostatas recedentes à Conuentu sine licentia superiorum, sed si in flaganti crimine deprehensi fuerint ab ordinarij locorum tamquam desertores puniantur, vnde etsi per testes fuerit conuictus de
22 vagatione sine licentia, sed non † captus à curia ordinarij pœnæ per Concilium statutæ minime locum esse dicimus *Angel. in auth. de Sanctis Episcop.collat.*9.*tit.*16 *Nouel.*113. *§.* Reuerendissimis dicit, quod debeant concurrere qualitates inuentionis, & apprehensionis alias non dicitur delictum *Brunor.à sol. in suis quæst. legali quæst* 35.*n.*17. *vers. tertio casu &* 18.*Clar.§.fin. in quæst.*82. *statutum.*6. *§. quero stat statutum vers. alij vero tenent,& statutum* 7.*§.sed hic quero vers.sed certe Ripa Farinac. de Var. & diuers.crim.quæst.*108.*num.*132. *& seqq.* exemplificans in pluribus nisi edictum, seu constitutio explicite dixerint, vt erit proceden. etiam per inquisitionem.
23 Et licet fuerit vltima vice apprehensus à Birruarijs in quadam taberna nocturno tempore, & ductus ad carceres quasi ex hoc locus sit dispositioni Concilij si fundamentum fisci non esset sublatũ ab vno ex testibus fisci qui est ille Matthias Placentinus Tabernarius in cuius caupona fuit F. A. captus *cop.process fol.* 200. ibi, mi ricordo molto bene, che quì fù preso vn Frate vestito dell' habito vostro, e mi ricordo, che mostrò le sue obedienze de'Superiori,
quan-

24 quando lo presero li Sbirri; iste † testis plene probat contra Curiam vt in pluribus huius nostri libelli locis de iure comprobaui præcipuè *par.2.num.25.& seqq.* & dictam obedientiam semper allegauit in suis constitutis d.F. A. cessat ergo Concilium in hoc cessat in alijs quia non apprehensus, vt supra de iure firmatur.

25 Vltra allegatam obedientiam suæ vagantię rationem assignat scilicet causarum leuium carcerationum, & seuitiarum à carceribus fugisse, & ad superiores confugisse, vt in omnibus suis constitutis & de qualibet vagatione habuisse obedientiam à superioribus maioribus conquerens continuo de seuitijs quibus couquestionibus,& allegationibus, nihil in contrarium dictum à Iudice interrogante, sicuti verisimiliter contradixisset dum tot malis artibus vsus fuit
26 per sugestiuas interrogationes sicut acclamationes probant † acclamantem vim passum *Farinac.de indit.& tort.quæst.52.nu.157.* Sic conquestiones examinati probant seuitias passas dicto Iudice
27 audiente, & non contradicente, imo responsiones † acceptare & eas scribere faciente *iuxta glos.communiter receptam in c.cum olim 32. verb.Protinus de offic. & potest.Iud. deleg. Farin.cons.50. num.31. vers.secundo sequitur.*

Ex his præponderatis totaliter elisum remanet obiectum quatruplicatæ Apostasiæ prout iniuste notauit Iudex, & expressit in sententia, quamuis fugam a Carceribus arreptam fuerit, vt in simi-
28 li dicendum de milite † qui si non animo diserendi militiam, sed aliam ob causam aufugerit fugæ serus non sit ad *tex. in l.qui sit fugitiuus 17.de adilit.adic.Gotor. de iur.milit.cap.9.numer.* 10.*Petr. Greg.Tolosat. in Syntagam.Vniuer. Iur.lib. 19. cap.* 10. *num.* 17.
29 † cum præsumptio iuris sit, vt miles a Carcerib. aufugerit, non vt deserat militiam, sed potius, vt Carceres, & delicti pœnas euadat *Crispolt.caus.milit.*11.*num.*11.*& seqq.ac nu.fi.cum relatis.*

30 Facilius hæ propositiones nostro in casu procedunt, quia primeuas carcerationes manifeste iniustas fuisse constat, & signanter illas ob assertum æs alienum, vt in sequenti particula explicabitur, & sic procedunt etiam ea quæ notant in terminis antedicti Concilij Theologi morales, vt dupplici ter contingi possit Religiosum ex-
31 tra claustra manere primo vt non sit amplius Religiosus † & est verus Apostata, nec excusatur etiam si habitum deferat, secundo non animo retrocedendi à Religione, sed ob Prælatorum rigorem, libidinem, aut quid simile, non apostata, sed fugitiuus vere est, & vagus, quia apostasia consistit in retrocessione a Religione, vnde qui retrocessioni non consensit, numquam Apostasiam incurrit, quamuis committat peccatum inobedientiæ sapientis rebellioné,

&

& contra præceptum Prelati, ficut rebellionis nota dignus est Regularis quamuis maneat in Monasterio, sed præcepto Prelati parere recusat *Caiet. 2. 2. quaest. 12. art. 1. §. ante penult. ex c. licet 18 de Regularib. etiam in terminis Bulla Pauli IV. & Pij V. Nauar. Rubric. de Apost lib. 5. cons unico num. 8. & seqq.* cum alijs per *Peyrin oper. moral. Tom. 1. Rubric. de subdito tit. de Apostat. quaest. 1. cap. 26. vers. Noto primo, vers. noto secundo, & vers. seqq.* etiam
32 si per longum † tempus vagatus fuerit, & sine habitu dumodo nō animo retrocedendi post *Graf. lib. 3. de casib. Reser. cap. 2. num. 45. Sanchez. in 6. decalog. cap. 8. num. 4. in fi.* & alios quos sequitur, & refert *Peyrin. d. cap. 26. vers. neque esse Apostatam* illum qui, faciunt preponderata per *Ricciul. de Iur. Personar. lib. 8. cap. 2. nu. 19. & seqq.* constanter firmantem non in fuga, vel alio actu extrinsico residere apostasiam, sed in animo recessiuo.
33 Etiam si iustè coniectus in Carcerem absque vera Apostasiæ nota possit a Carceribus fugere, & ad suos superiores confugere, neque de his loqui concilium *Roderic. Regular. quaest. tom. 1. q. 30. art. 4 Ricciul. de Iur. Personar. d. lib. 8. cap 2. nu. 24. & 25. vers. mihi videtur nu. 26. & seqq. Remissiones ad dictum Concil. sess. 25. cap. 4. lib. 11. vers. apud Religiosos* ex quibus conuincitur sententia de facti, & Iuris errore dum damnauit F. A. pro quatruplicata Apostasia.

Nona; & Vltima Libelli Particula.


Regularis non est carcerandus, nisi saltem per duos testes contestes fuerit quid probatum nu. 1.
Actor tenetur probare suam intentionem nu. 2.
Citatio ab initio in Iudicio necessaria, ex iure Diuino, naturæ, gentium, Pontificij, & Cesarij nu. 3.
Ab exequtione incipiendum non est nu. 4.
Lex vnica C. de prohibita sequestratione pecuniæ quid disponat n. 5.
Exequtio non committenda ante rem iudicatam nu. 6.
Defensiones quando dicantur negata nu. 7.
Iudex iudicans parte inaudita perperam iudicare dicitur nu. 8.
Clericus pro debito Ciuili non carcerandus. nu. 9.
Reus habet intentionem fundatam in negatiua nu. 10. Actore non probante absoluitur nu. 11.
Carceratio irrogat infamiam quæ non abolitur, etiam per absolutoriam nu. 12.


Alijs

1 Alijs transgressionibus in contractis debitis cum secularibus omnium iniustissima fuit hæc carceratio, & tot posteriores excessus produxit, quia non sola assertio prætensa Creditori sufficiens fuit imo, & in omni causa Regularis non est in Carcerem conijciendus nisi aduersus eum tres, aut duos testes contestes dixerint testimonium *Roderic. Regular. quæst. tom. 2. quæst. 17. art. 4. vers ex his colligo*; præcipue sub pretextu æris alieni dum fuit captum a Carceratione nullis receptis prius probationibus, tamen
2 de iure cautum reperitur † vt actor teneatur probare *l. 1. ff. de probat. l. 1. C. de eden. s. 1. C. de probat.* Ordo inde Iudiciarius est, vt
3 actor compareat, & petat coram Iudice suo asserto debitore † citato quæ citatio est de iure Diuino, Naturæ, Gentium, Pontificij, & Cesarei, vt valeat vocandus facere suas Defensiones; *Genes. cap. 4. c. serpens de pœnit. distinct. 1. Clement. Pastoralis de re iudic. cap. præterea 2. de Delat. leg. prima, & toto titulo ff. & C. de in*
4 *ius vocan. Rebuf. tract. de citat. in Præfat. §. 2. quero n. 20. & seqq.* † Nec incipiendum erat ab exequtione, quæ de iure permissa non est, nisi præcesserit causæ cognitio, & statuit etiam ita Celestinus
5 III. in *dicto c. Præterea* † *de dilat. l. vnica C. de prohibita sequestratione pecuniæ* ibi, *oportet enim debitorem primo conuinci, & sic deinde ad solutionem pulsari, quam rem non tantum Iuris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet, vt probationes secum afferat, debitoremque conuincat, pecuniam petiturus*, quod si ita cauetur, vbi de minori incommodo, vt pecunia sequestretur & ferè sine iniuria agitur magis cirumspecte procedendum in sequestratione personæ prout etiam leges determinant cum sit mera subsidiaria
6 † vnde certè non committitur ante rem iudicatam *l. 1. C. de execut. rei ud.* Buratt. *decis. 105. nu. 1. & 2.* Spoliando illum sua libertate de facto incarcerauit vnde etiam dicuntur manifestè negatæ
7 † defensiones *Rebuff. in dicta præfat. §. Tertio quero dicta Clem. Pastoralis §. cæterum de reiud. l. vt vim. 3. ff. de iustit. & iur. l. scientiam 46. §. quicum aliter ff. ad leg. Aquil.* Nam defensio sine scientia esse non potest, vera vel interpretatiua, quæ inducitur per citationē; Nam statim atque inchoatur modus offendendi, idest per quem pars potest offendi, datur quoque possibilitas defendendi per citationem *Rebuff in dicta Præfat. dicto §. tertio quem vers.*
8 *secunda conclus. num. 24. & 25.* cum relatis † ne aliqui facti ignorantia perperam iudicetur *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 17. num. 3. vers. contrariam tamen num. 4. & seqq. quæst. 19.* vbi non dici processum causa cognita cum initium cognitionis pendat à citatione *num. 3.* & infra Muscatel. *in Praxi glos. intimato n. 63. in fin. & 64.*

Vlte-

9 Vlterius etiam si constaret de debito non proinde erat in carcerem intruendus iuxta Priuilegium Sacerdotij, ne dum Clericatus late *Carol.de Graff.effect.7.num.1.& seqq.* de magis communi, & veriori eorum priuilegium etiam est, vt nec etiam teneantur canere de iudicio Sisti idem *Graff.effect.50 num.1.* Nullo iure
10 defenditur sententia à notoria iniustitia, quia F. A. † etiam negauit assertum debitum, & habet intentionem fundatam in negatiua vulgata *l.2.ff.de probat.* assertus creditor nihil probauit, & sic
11 † Reus erat absoluendus vulgata *l. qui accusare 4. C de edend.* Imò redarguendus ille Iudex de iniuria, & imperitia dum irro-
12 gauit † eidem Religioso maximam ignominiã, quæ non aboletur apud honestos, & graues viros etiam per sententiam absolutoriã, *Peyrin.dicto to.1, Rub. de subdito cap.13. vers Nota secundo cum relatis.* Finem imponendo gratias refero Sanctissimæ Indiuiduæ Trinitatis.










BIBLIOTECA